



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lilivm Inter Spinæ**

**Sterre, Jean Chrysostome van der  
Antverpiæ, 1627**

Cap. V. De Christi, ac Matris eius atque Sanctorum apparitionibus  
disserritur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43032**

C A P V T V.

*De Christi, ac Matris eius atque Sanctorum apparitionibus differitur.*

**S**O L E N T à legentibus, in his factis Totum hoc  
caput à  
Surio pra-  
termissum  
est. puerilibus, non pueriles quæstiones moueri : quas quidem tangere, non autem soluere decreui : quia me fateor ignorare, & velle doceri potius, quàm docere. Quærunt autem, quomodo Dominus I E S V S, qui sine dubio in ea carne, quam assumpit de Virgine, abiit in cælum ; siue etiam quo modo eadem beata Virgo, de qua præsumitur quòd ipsa quoque cum corpore sit assumpta ; soleant hominibus apparere : videlicet, utrùm in eadem carne, quam habent, an tantùm in anima : & an anima tunc à corpore separetur : vel quomodo maneat in corpore in cælo ; & tamen nobis sine corpore illo, vel etiam cum quo corpore appareat : an aliquis Angelorum

B pro

pro ipsis appareat. quod etiam quæri-  
rur de animabus Sanctorum, quorum  
corpora sunt in puluerem resoluta.

\* D. Ro-  
stius sicle-  
gendum  
parat: Hęc  
autē quo-  
modo cū-  
que fiant:  
modo mihi  
incognito  
fiūt: quōd  
ramen  
fiant, &c.  
\* Forte, ad  
credendū:

"Hęc autem quocumque modo, mi-  
hi incognito, fiant; quōd tamen fiant,  
salua fide Christiana, cognosco. Nec  
enim dubium iam est, Dominum I-  
sūm, post adscensionem suam, &  
beato Petro & Paulo apparuisse &  
alijs multis: quod testimonio Scriptu-  
ræ poterit confirmari. Quod quidem

de Deo non est difficile credendum:  
cuius Diuinitas intra omnia est, sed  
non inclusa: extra omnia, sed non ex-  
clusa: quæ etiam sine humanitate as-  
sumpta per ministerium creaturarum  
suarum, quocumque modo vult, po-  
test se hominibus reuelare. De beata  
autē Virgine MARIA, (si cum corpo-  
re simul assumpta est) & de animabus  
aliorum Sanctorum, vel etiam dam-  
natorum, mihi magis incognitum  
est, quo modo reuelentur: quōd ta-  
men reuelentur, usus Ecclesiæ iam  
rece-

recepit. Scriptum est enim , & legitur in Ecclesijs , & in publico recitatur , ipsam apparuisse Theophilo & alijs quibusdam : Christum quoque , cum discipulorum numero , apparuisse B. Ioanni Euangelistæ , de sæculo migraturo. B. quoque Gregorius refert , beatos martyres Ioannem & Paulum cuiusdam apparuisse Matronæ , & pro oblationibus suis illi gratias reddidisse : & à nonnullis Sanctorum viæ sunt etiam animæ damnatorum . Exercitent se in istis ,

*Ingenium quibus est , & mens diuinior ,* Horat. I. r.  
*atque os* Serm.

*Magna sonaturum: —*  
sufficiat mihi , & lectoribus meis , rei veritatem tenere , etsi eam non possumus comprehendere ratione : quæ certè nonnulla est , licet mihi adhuc fortè non fuerit manifesta .